

Dominica secunda

cessaria perfectiones & virtutes, soli-
tudo, paupertas, castitas, obedientia:
a pag. 101 ad pag. 103.

S. BASILII SELVCIAE oratio
per elegans, in illa Euang. verba Tu es
qui venturus es, an alium expectamus? cuius
haec est summa; Deus, hominum pater
simil & doctor illis suis Divinitatis co-
gitationem & cognitionem ab initio &
deinceps vi amoris inexsuperabili li-
benter impertivit; visionibus, sacrifici-
orum acceptationibus, ipsissimè homini-
bus, literis ac legescriptâ, filij sui
incarnatione & diuinio loanne Baptista
tanquam instrumento gratiae. Vnde
duos ex suis discipulis hodie ad Christum
mittit, ut ipsum interrogarent Tu es qui
venturus es, &c. Et ex eius responsione Deum
verum ipsum agnoscerent. Vbi multa
in laude sacratissimi mysterii incarna-
tionis. Oratione 34 fol 176. & sequentibus.

S. V. BEDE homilia, ad litteram
Euangelium integrum exponit, & ex
textu quedam documenta moralia
elicet. Tom. 7. in hom. biemal. de Temp. col.
187. 188. 189.

S. BERNARDI sermo de Aduentu
Domini; huic Dominicæ aptandus
iuxta illud Euangelici textus, Tu es qui
venturus es, &c. Imprimis, quis venit, ad
quos venit, propter quid venit, & quo-
modo venit, considerat; deinde tri-
plicem Christi Aduentum; ad homines,
in homines, & contra homines, notat;
primo autem & tertio relictis, secun-
dum pertrahat, docetque modum
Christum apud nos recipiendi, illi vi-
delicit domum preparando ac in ipsa
septem columnas ad instar sapientiae
erigendo, quæ sunt reverentia & obe-
dientia prælati; consilium & auxilium,
fratri proximo suo; sibi vero ac subdi-
tis custodia & disciplina, denique iudi-
cium; enimvero iustitia & iudicium
preparatio sedis illius. Serm. 3. de Ad-
uentu Domini, col. 7. 8. 9.

Item Eiusdem sermo alias, de du-
plici Christi Aduenti, per carnem, &
per iudicium, quos semper cogitare
debemus, ac circa ipsos a fiducia medita-
tione versari, tanquam dormientes
inter medios clerós, ut sint pennæ ani-

A marum nostrarum ad modum colum-
barum, deargentatae. Vbi ad veras vir-
tutes hortatur, præcipue autem ad vo-
luntariam paupertatem. Ibid. Ser. 4. de
Aduent. col. 10. & scq.

Eiusdem sermo alias, vel potius su-
perioris continuatio, de Aduento
Christi in animam per spiritum, &
virtutem: quem vocat medium inter
alios duos de quibus sup. Serm. Ibid.
Serm. 5. de Aduent. col. 12.

Item eiusdem sermo alias, de fine
Aduentus, & ad quid Christus venerit;
vbi multa habes de animarum refor-
matione, & corporum per mortifica-
tionem deformatione. Ibid. serm. 6. de
Aduent. col. 13. 14.

Item eiusdem sermo alias, de tri-
plici Aduentus Christi per carnem vi-
tilitate: illuminatione, nimirum auxi-
lio, & protectione: pro triplici humani
generis miseria, cæxitate; vide licet in-
firmitate, ac fragilitate. Ibid. serm. 7.
& vlt. de Aduent. col. 14. 15.

S. BONAVENTURÆ sermo in Euangeli-
um, quo instruimus. I. de multipli-
ci statu miseriae & calamitatis quem
signat Ioannes in vinculis; sumus enim
in vinculis culpa originalis; peccæ rea-
tus, & corporalis miseria; II. de ha-
rum calamitatum remedii per Christi
Domini in carne Aduentum: vnde
quaerunt Ioannis discipuli, Tu es qui ven-
turus es, &c. & Christus intentioni ipso-
rum respondet ac satisfacit, utilitatem
sui aduentus demonstrat factis &
operibus miraculosis. Tom. 3. ser. 2. Dom.
2. Aduent. pag. 8. & 9.

Eiusdem sermo secundus in illud
T. al. 7. Excita potentiam tuam & veni. Do-
cer Christum ad nos in carne cum qua-
tuor venisse, cum potentia, ut Dæmones
vinceret: cum sapientia; ut homines
doceret; cum misericordia; ut delicta
ignosceret: cum iustitia, ut pro nobis fa-
tis faceret. Ibidem serm. 3. Dom. 2. Aduent.
pag. 9. 10.

Item eiusdem sermo tertius in illud
Euang. Ioannes cum audisset in vinculis, &c.
qui tamen habetur. Dom. 3. Aduent. ex-
ponuntur autem hæc verba de bonis
vinculis quibus iusti ligantur pro